

IRINGVS THVRINGVS MILES.



Iringus miles fuit Irmenfridi ducis Thuringiæ, manufortis, ingenio acer, consilio acutus, & rebus agendis promptissimus. Itaq; apud Thurin-
gos in magna auctoritate fuit. Cum aut eo tempo-
re Theodoricus Francorū rex cum Thuringie du-
ce fœdus inire uellet, Irminfridi uxor & Theodori-
ci soror hunc Iringum ad se uocauit, atq; ei persua-
sit, ut pacem eam disuaderet. Cum enim ipsa ex re-
gina, & Theodoricus ex cōcubina natus sit, regnū
illud sibi deberi. Sic Iringus effecit, ut pace repudia-
ta bellum cum Francis acerrimū susciperetur. Cū
aut Franci postea Saxonū auxilia petiſſent, Irmen-
fridus, hunc Iringum ad Theodoricū misit, & per
eum cum affine egit, ut initio fœdere Saxones repellerent. In quod etiam Frā-
co consensit. Verūm Saxones cum id intellexissent, noctu Thuringorū urbē
astu occuparunt, & magnam hostiū partem occiderunt.